

497

contentis secundum formam ecclesie
absolvimus ipsosque sic absolutos de-
nuntiamus publice in hiis scriptis,
inuncta ipsis obinde penitentia sa-
lutari, interdicti quoque relaxandas
in hac parte sententias in universam^{it}
ac locum ibidem ab hoc in dictis
processibus promulgatis presentibus
relaxamus, adicientes, quod si contra
huiusmodi per eos iurata fecerint
cum effectu, et tunc prout et nunc
in priores sententias relabantur.

Datum ^{anno domini} Ulme a. d. / mcccxlviij,
feria quinta ante purificationem
beate virginis ^Mmarie. ++